



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Oswaldvs Rex C. 5. Augusti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

tabulas imple. Filio si careo, certè tu non care, quicum animum æternum oblectem. Audit IOANNEM MARIA, & assens omnem in montem Exquelinum conferre jussit remplio exædificando eo in loco, quem postero mane nivibus insignem esset factura. Et erat tunc æstus longè maximus & facilius utique grandinem quam nives daturus. Adit tamen IOANNES locum, & reperit undique niveo vellere vestitum. Sed & Liberius Pons Max. in somno à VIRGINE monitus accedit & fundamenta templi jacit, quod per omnem orbem hodie clarum MARIA MAIORIS nomen gerit. Miraris, Sodalis, miraculum laudas templum? At tu castas ostende sis mihi in animis nives plures; plura ego VIRGINIS templa monstrabo.

*Fx Brev.*

*Meritò in te ô Maria virgo respiciunt oculi torium creature, quia in te, & per te, & de te benigna manus Omnipotentis quicquid creaverat, recreavit. S. Bern. serm. 2. in festo Pentecost.*

S. OSWALDV REX C. 5. Augusti.

**P**urpuram qui bis tingunt, etiam OSWALDVM laudabunt, Anglia Regem, qui suam suo iterum sanguine tinxit. Dubiam planè reliquit, an Christi hostes vicerit, an ab his victus deinde fùgloriosius. Pugnaturus cum parvâ manu contra ingentes Britonum copias, trophyum tamen suis est ante victoriam ponere Crucem, quam adorasse illi cum suis, viciisse fuit. Abhinc regni Christiani proferendi cupidissimus dignum regnum est arbitratus, dicenti ad populum Aidano Antistiti interpretem assistere. Pium animum il-

lud prodit, quod sub solemnes Paschatis dies non modo qui mensæ illati erant, cibos, sed ipsam etiam argenteam lancem in frusta cædere & absu-  
mi à togatoribus voluerit. Aidanus, quem tem-  
mense adhibuerat OSWALDV, tam benignam  
manum amplexatus atque exosculatus fertur jus-  
fisse nunquam exinde putrefactere. Et parere hæc  
vita est, cum cæso sub annum DC. LII. à Barbaris  
domino, loco infami unà cum capite suspensa an-  
num integrum integra (uti & deinceps) perdura-  
vit. Ipse OSWALDV tunc quoque cum in acie oc-  
tumberet, supinis pro more in cælum manibus  
orare in genibus deprehensus est, eodemque loco  
ad hominis altitudinem egesta humus omnes  
mortuos vicit, ut vel ideo voluisse illic cadere OS-  
WALDV videatur, quo ægri tot inde surgerent.

Ex Sur. & Gras.

Viderationem; facile judicabis parricidiali cri-  
mine contemni pauperes nostro arbitrio, quos nullo  
videmus à nobis Dei opere discriitos, S. Paulin. ad A-  
letium ep. 31.

### S. AFRA MARTYR S. Augusti.

Q Vam neque Naso dedit Metamorphosi, nos  
damus ex Venere Dianam, AFRAM in quam  
au iste Vindelicorum probum primò, pòst uni-  
cum Iesus. M gadalim dices alteram, nisi quos  
hec lacrymis, illa ignibus etiam ignes plesteret.  
Dñs devo a omniem jam pñdore n male prodiga-  
liaverat, cum Narcissus Præfus fidem Christia-  
nam exid circumferens testis impuris successit.  
Hic AFRA, dum prædam captat, precabundi pri-  
mò ad mensam modestiâ, dehinc verborum de-  
Deo, quibus cibos identidem condiebat, suavi-  
tate